



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disquisitio Critica In Georgii Christophori Neller Jcti
Trevirensis De Tribus Episcopis, S. Petri Etiamnum
Viventis In Romana Cathedra Successoribus, Systema
Novum, Uti Et Primatum Pontificium S. ...**

Berg, Hyacinth

Coloniæ Agrippinæ, 1772

Errata. Corrigenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61433)

test supremo vitæ ac necis arbitro; non judicet confutationem, siquam utiliter se facturum credat, in illud esse differendam tempus, quo de morte mea nuncium acceperit. Turpe est mortuorum insultare cineribus, nec quietem ossibus indulgere; quod tamen se non vereri ostendit CLARISSIMUS, cum mortuos REUTERUM, atque HARTZHEMIUM in Theſibus suis exagitare non desinit: imo præmortuis pridem ante HENSCHENIO, & PAPEBROCHIO (sed hic sibi cavendum habet, quoniam in Successoribus etiamnum suis superstites vivunt, sicut de PETRO in Synodo EPHESINA, qui hic mihi locus opportune occurrit, PHILIPPUS dixerat Presbyter, esse SÆCULIS OMNIBUS NOTUM, *B. Petrum in Successoribus suis vivere, ac judicium exercere*) bellum intentandum putavit, felicius cum umbris se digladiaturum ratus, quam si vivos, proprioque robore se tueri valentes aggredereur. Permittam tamen, nec indignabor, si ita e re sua existimaverit, ut prius TREVIRO VINDICI etiamnum viventi, quem postea in eodem argumento secutus est ADEODATUS, quam mihi multo his serius venienti, mucronem suum opponat. Nam illud notum habeo, quamvis JCtus non sim; *qui prior est tempore, is jure potior.* Otium quoque interea temporis esse poterit, non solum quæ prælo datæ sunt, VIRI CLARISSIMI Dissertationes, sed etiam ANECDOTA quædam pervolvendi, quamque defensionem meam, novoque bello materiam parare possint, diligenter notandi.

I. O. H. D.

Errata.

Pag. 6. lin. 4. comprehensura
 Pag. 24. lin. 29. illi -
 Pag. 52. lin. 13. vocis -
 Pag. 53. lin. 16. facti -
 Ibid. lin. 34. visum -
 Pag. 55. lin. 11. addito -
 Pag. 64. lin. 1. trahet -
 Pag. 71. lin. 8. ἐκκλησιαστικὸς

Corrigenda.

comprehensuro
 illa
 voces
 feci
 vivum
 adito
 trahat
 ἐκκλησιαστικὸς

M

1682

Die ...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...